



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Parallelia Geographiae Veteris Et Novae**

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 3. Qualitas huius Regionis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**

drante maioris circuli hoc est 67. millia passuum cum quingentis passibus, nostrates leucas 33. cum  $\frac{1}{4}$ , Germanicas sexdecim cum dimidiâ, & 500. passibus.

*Latitudo autem porrigitur à Nicæâ Nice en Provence, ad Minorem S. Bernardum, le petit S. Bernard, continetque duos gradus cum dimidio, hoc est 150. millia passuum, leucas Francicas 75. Germanicas 37. cum dimidiâ.*

De eius *Ambitu* statui non potest, quia ab aliis regionibus vicinis crebris angulis denormatur, easque deformat.

N V M. 3. *Qualitas huius Regionis.*

PEDEMONTIVM reliquas regiones Italæ fertilitate dicitur superare. Abundat autem frumento, vino, fructibus, carnibus domesticorum animalium & ferarum, caseo, castaneis, cannabi, lino, metallis. Fertilitatis eius summæ maximum argumentum quod cùm in eo Galli & Hispani 23. annis magnis utrumque furoribus bellum gererent, nullus unquam exercitus laborauit ciborum inopiâ, numquam indigenæ caritatem annonæ sint experti.

COMITATVS NICÆÆ, licet solum habeat asperum, ita tamen cultus est, ut nullâ re indigeat. Nicææ tamen circumpositus ager ob asperitatem montium frumento caret. Tota Regio naturâ munitor, tum quia ubique calles angusti, tum quia præsidia plurima tumulis, & collibus affixa sunt. Hic quoque palmæ feliciter crescunt, & daëtylos plurimos darent si accederet cultura, hæc autem deficit, quia ex Barbariâ vili pretio accessuntur.

IN GENERE hæc vulgo laudantur in Regionibus illis Subalpinis.

Sericum conficitur potissimum Carignani, & Raconisi, ob pulcherrimas illic, & creberrimas Moros..

*Semina ad tingendas lanas dat ager Cheriensis, Quiers.*

Piper acutissimum crescit in agro Cauanensi le Cauanez, & meritò omni piperi Italico anteponitur.

*Agaricum Pedemontanum meritò reliquis antefertur.*

*Herbe Medice, & flores exquisiti hinc effeuntur.*

Metallicæ omnis generis: nostrâ memoriâ supra centum à nobili Germano, quem Dux euocarat, detectæ sunt, auri, argenti, ferri, æris quod hæc copiosum, & præstantissimum, ac denique calcanthi de Vitriol.

*Parall. Geogr. Tom. II.*

IIii